Coleccao de textos de
direito peninsular

ILDADE DE DIREITO
DA
IDADE DE COÍMBRA

COLECÇÃO DE TEXTOS

DE

DIREITO PENINSULAR

II

LEIS GERMANICAS

COÍMBRA
IMPRENSA DA UNIVERSIDADE
1913

FACULDADE DE DIREITO
DA
UNIVERSIDADE DE COÍMBRA

COLECÇÃO DE TEXTOS
DE
DIREITO PENINSULAR

II
LEIS GERMANICAS

COÍMBRA
IMPRENSA DA UNIVERSIDADE
1913

I

Legum Codicis Euriciani fragmenta

A) Fragmenta codicis rescripti cum supplementis suo loco additis

Cfr. *Monumenta Germaniae Historica*, Legum sectio I, tomus I, MDCCCCII, pagg. 3-27.

[CCLXXIIII (?). Si quis limites conplanaverit aut]
[terminos fixos fuerit ausus evellere: si ingenuus]
[est, per singula signa vel notas vicenos]
[solidos conponat; si servus est, per singula]
[signa quinquagena flagella suscipiat. Si]
[quis (autem), dum arat vel plantat vineam],
[terminum casu, non volumtate evellerit],
[vicinis praesentibus restituat terminum]
[et nullum damnum patiatur].

[CCLXXV (?). Quotiescumque de terminis]
[fuerit orta contentio, signa, quae antiquitus]
[constituta sunt, oportet inquirere, id est]
[aggerem terrae, quem propter fines]
[fundorum antiquitus apparuerit fuisse]
[ingestum, lapides etiam, quos propter]
[indicium terminorum notis evidentibus]
[sculptis constiterit esse defixos. Si haec]
[signa defuerint, tunc in arboribus notas],
[quas decurias vocant, convenit observare],
[sed illas, quae antiquitus probantur incisae].
[Quod si quis intra terminos alienos per]
[absentiam aut per ignorantiam domini]
[partem aliquam forte possederit, statim eam],

[cum antiqui et evidentes ab inspectoribus]
[fines agnoscuntur, amittat domino reforman]-
[dam. Nec contra signa evidentia ullum]
longae possessionis tempus opponat].

[CCLXXVI. Si quodcumque ante adventum]
[Gothorum de alicuius fundi iure remotum]
[est et aliqua possessione aut vinditione]
[aut donatione aut divisione aut aliqua]
[transactione translatum est, id in eius]
[fundi, adque a Romanis antiquitus pro]-
[batur adiunctum, iure consistat. Cum]
[autem proprietas fundi nullis certissimis]
[signis aut limitibus probatur, quid debeat]
[observari, eligat inspectio iudicantium],
[quos partium consensus elegerit].
[*Si vero fundorum termini in tertiis, quas*]
[1] habent Romani, fuerint, tunc Gothi [in]-
grediantur in loco hospitum et ducan[t, *ubi*]
terminum fuerat ostensus. Tunc iud [ex],
quos certiores agnoverit, faciat eos s[a]-
cramenta praebere, quod terminum s[ine]
ulla fraude monstraverint. Nullus n[o]-
vum terminum sine consorte part[is al]-
terius aut sine (in)spectore constituat. [Quod]
si forsitam liber hoc fecerit, damnu[m]
pervasoris excipiat, quod legibus con[ti]-
netur. Si vero hoc servus admiserit [do]-
mino nesciente, cc flagella public[e ex]-
tensus accipiat, et nullum ex hoc pr[aeiu]-
dicium domino conparetur.

CCLXXVII. Sortes Gothicas et tertias [Roma]-
norum, quae intra L annis non fuer[int]
revocate, nullo modo repetantur. Si[mili]-
ter de fugitivis, qui intra L annis in[ven]-
ti non fuerint, non liceat eos ad ser[vitium]

[1] Incipiunt fragmenta codicis.

revocare. Antiquos vero terminos [sic] stare iubemus, sicut et bonae mem[ori]ae pater noster in alia lege praecepi[t]; et alias omnes causas, seu bonas seu m[alas], [qu]ae intra xxx annis definitae non fue[ri]nt, vel mancipia, quae in contemptione [po]sita fuerint, sibe debita, quae exacta [no]n (fuerint), nullo modo repetantur. Et si quis [po]st hunc xxx annorum numerum cau[sa]m movere temptaverit, iste numerus [ei] resistat, et libram auri cui rex iusse[rit] coactus exsolvat. Omnes autem cau[sa]s, quae in regno bonae memoriae patris [no]stri seu bonae seu male actae sunt, [no]n permittimus penitus commoveri; sed [*h*]i, qui iudicaverunt, cum De*o* habeant ra[tione]s. [*Illas*] *vero* causas, unde duo iu[di][cia] proferuntur, nobis iubemus affer[ri], *ut quo*d cum lege videremus emiss[um], [no]bis praecipientibus dibeat probari.

[TIT. DE C]OMMENDATIS VEL COMMODATIS.

[CCLXXVIII. Q]ui cavallum aut quodlibet animalium [gen]us ad custodiendum mercede placi[ta] commendaverit, si perierit, eius[dem] meriti ille, qui commendata suscepit, [exs]olvat; si tamen mercedem fuerit [pro] custudia consecutus. Quod si etiam qui nulla placita mercede suscepera[t ea mor]tua esse probaverit, nec ille merced[em re]quirat, nec ab illo aliquid requiratu[r; ea ta]men ratione, ut praebeat sacramen[tum ille, qui] commendata susceperat, quod non [per suam] culpam nec per negligentiam animal [morte con]sumpta sit. Eadem et de commoda[tis] forma servetur.

CCLXXVIIII. Si quis alicui iumentum pr[aesti]terit, et illud per aliquam infirmitat[em aput]

eum moritur, sacramentum primitu[s prae]bere debet, quod non per suam culpa[m mor]te consumptum sit, et nihil cogatu[r exsol]vere. Sin autem nimium sedendo v[el fasces] carricando mortuum fuerit, eiusdem me]riti caballum reddat. Si vero idem [praes]titus alicui aliquid debilitatis int[ulerit] [vel damni, ille conponat, qui eum aput] [se susceptum habuisse dinoscitur].

[CCLXXX. Si cui aurum, argentum vel ornamenta] [vel species fuerint commendatae, sive custodien][dae traditae sive vendendae, et in domo ipsius] cum rebus eius fuerint incendio concrematae], [una cu]m testibus qui commendata suscepe[rat p]raebeat sacramentum, nihil exinde [suis p]rofuisse conpendiis, et nihil cogat(ur) [exsol]vere, excepto auro et argento, quod [ardere] non potuit. Si quis, dum domum flam[ma] consumit, se quasi auxilium praebi[turus] ingresserit et aliquid forte rapu[erit, d]ominus domus diligenter inqui[rat, e]t si eum potuerit invenire, ille, qui ra[puerit], in quadruplum rapta restituat. Et si [de co]mmendatis rebus apud susceptorem [aliqui]d forte repperierit, domino restitu[ere] non moretur. Si vero quae commen[data fu]erant furto probantur ablata, ei, [qui com]mendata susceperat, spatium tri[buatur], donec furem suam investigatione [perqui]rat. Et si eum invenerit, commen[datori res proprias tantummodo reformare] [procuret; compositio vero furti ad eum], [qui habuit commendata, pertineat. Et] [si fur non fuerit infra statutum tempus] [inventus, medietas rerum commenda][tarum domino a suscipiente reddatur]; damnum vero ex medio uterque sustene-ant. Et si postmodum dominus rerum apud

eum, cui commendaverat, quae fuerint suppressa repperierit, cum haec ille se prius dixerit perdedisse vel furto fuisse sublata, sicut fur ea, quae caelavit, ut legum statuta praecipiunt, conpositione inplere cogatur.

CCLXXXI. Si quis pecuniam sub cautione suscepit, daturus usuras, si per casu pecunia periit, non culpa aut negligentia debitoris, ille, qui commodavit, solam pecuniae summam recipiat et non requirat usuras. Sin vero per ipsius fraudem vel culpam factum est, et pecuniam et usuras solvat. Et si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contigit, ut pecunia pereat, extra summam, quod acceperat, mediam [*usurarum partem* restituat].

[CCLXXXII. Qui commendata vel commodata] [susceperit et de ruina aut incendio vel hosti]litatis naufragio seu quolibet simili casu sua] [omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod] [accepit sine aliqua excusatione exsolvere] cogatur. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perditae rei vel liberatae restituat, quam iudex ratione deducta estimaverit portionem. Sin autem sua omnia perdedit, cum liberaret alienam, similis de liberatis et de perditis rebus ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberavit accipiat. Iustum est enim, ut in simili casu non damnum solus excipiat, qui se gravibus periculis, dum sua maiora perdederit et aliena minora liberare conatur, obiecerit.

CCLXXXIII. Quod nesciente domino servis fuerit commendatum, si id perierit, domi-

nus servi nullum damnum incurrat. Suae enim inpotet culpae, qui servo alie-[no res suas commendaverit domino] [nesciente. Similis et de commodatis] [forma servetur].

[CCLXXXIIII. Si dominus per servum suum] [quodcumque sibi petierit commodandum, et] [servus cum rebus commodatis in fuga fuerit] [elapsus], tunc dominus obligetur, ut [com]-modata restituat. Si vero servus pe[tisse] dominum mentiatur et s[ic] deport[anda] ad dominum susceperit, sed ea, quae [susce]-perit, everterit aut forte perdederit, et [fu]-gitivus non potuerit inveniri, d[ominus] servi praebeat sacramentum, se eum, [ut sus]-ciperet, non misisse, et cum id pete[ret, ig]-norasse, et nihil calumniae pertim[escat]. Haec eadem de commendatis praecipim[us].

CCLXXXV. Nullus, qui pecunias commen[daverit] ad usuram, per annum plus quam tr[es sili]-quas de unius solidi poscat usuras, [ita] ut de solidis octo nonum solidum c[redito]-ri qui pecuniam ad usuram suscepi[t sol]-vat. Qui si cautionem ultra modum s[uper]-ius conprehensum per necessita[tem sus]-cipientis creditor extorserit, condicio co[ntra] leges inserta non valeat. Qui cont[ra hoc] fecerit, rem, quam commodaverat, [reci]-piat et nullam usuram. Quae vero cau[tae *non*] fuerant non solvantur usure.

TIT. DE VENDITIONIBUS.

[CCLXXXVI]. Venditio per scripturam facta plenam [habea]t firmitatem. Si etiam scriptura fac-[ta no]n fuerit, datum praetium testibus con-[prob]atur, et emptio habeat firmitatem. [Vendi]tio, si fuerit violenter extorta, id est

[aut m]etu mortis aut per custodiam, nul-
[la vale]at ratione.

[CCLXXXV]II. Si quid a servo alieno fuerit conpa-
[ratum] domino nesciente, si dominus firmam
[esse n]oluerit emptionem, praetium red-
[dat e]mptori, et emptio nihil habeat firmitatis.

[CCLXXXV]III. Si quis servum suum vendederit, et
[servus] priori domino aliquod crimen obiece-
[rit, il]le, qui vendedit, recipiat quem vindedit,
[p]raetium redditurus emptori, ut ille
[in ser]vo suo requirat crimen, quod sibi obiecerat.
[Idem] de ancillis praecipimus custodiri.

[CCLXXXVI]III. Quoties de vindita re contentio
[comm]ovetur, si alienam fuisse constite-
[rit, n]ullum domino praeiudicium conpare-
[tur, E]t domino qui vendere aliena praesu[m]-
[serit d]uplum cogatur exsolvere, nihilomi-
[nus e]mptori quod accepit praetium reddi-
turus; et quidquid ad (con)parate rei prof[ectum]
studio suae utilitatis emptor adiec[erit],
a locorum iudicibus estimetur, et ei, [qui la]-
borasse cognoscitur, a venditore iu]ris alie]-
ni satisfactio iusta reddatur.

CCLXL. Si quis ingenuum vendiderit, cu[m ille]
suam probaverit libertatem, serv[um aut]
praetium servi ab illo, qui vendedit, [acci]-
piat ille sibi, quem vinditum fuisse [consti]-
terit, excepto quod emptori in dup[lum prae]-
tium, quod accepit, cogatur exsolve[re. Haec]
et de mulieribus forma servetur.

CCLXLI. Si quis servum suum vendederi[t, for]-
sitam eius nesciens facultates, habe[at in]-
queren(di) liberam potestatem; et sibi v[indicet]
ille, qui vendidit, cum potuerit invenir[e].

CCLXLII. Si servus de peculio suo fuerit e[mptus], et hoc dominus eius forte nescierit, [de do]-mini potestate non exeat; quia non pr[aetium], sed res servi sui, dum ignorat, accepit.

CCLXLIII. Conmutatio talem qualem empt[io ha]-beat firmitatem.

CCLXLIIII. Venditionis haec forma serve[tur, ut], (seu res) [seu m]ancipia seu quodlibet animalium ge-[nus v]enditur, nemo propterea firmitatem [vendi]tionis inrumpat, quoad dicat, rem vili [prae]tio vendidisse.

[CCLXLV. S]i venditor non fuerit idoneus, fideius-[sore]m dare debet emptori.

[CCLXLVI. Si pars praetii data est, pars promis-[sa, no]n propter hoc venditio facta rumpa-[tur; s]ed si emtor ad placitum tempus non [exhibu]erit praetii reliquam portionem, pro [part]e, quam debet, solvat usuras; nisi hoc [fort]e convenerit, ut res vendita reformetur.

[CCLXLVI]I. Qui arras pro quacumque acceperit re, [prae]tium cogatur implere, quod placuit. [Empt]or vero, si non occurr(er)it ad diem con-[stitu]tum, arras tantummodo recipiat, quas [dedi]t, et res definita non valeat.

[CCLXLVI]II. Rem in contemptione positam [non l]iceat donare nec vindere.

[CCLXLVII]II. Parentibus filios suos vendere (non liceat) aut [d]onare nec oppignerare. Nec ex illis aliquid [suo i]ure defendat ille, qui acceperit, sed. . . . [magis] praetium, quod dedit . . . . . perdat qui a par[entibus filium comparavit].

CCC. Quicu[mque ingenuus post annum]
vicisim[um se vindi permiserit et praetium]
cum ven[ditore partitus est, ut circumve]-
niret e[mptorem, proclamans postea nul]-
latenus [audiatur, sed in ea qua voluit servi]-
tute per[maneat; quoniam non est dignus],
ut liber [sit, qui se volens subdidit servituti].

CCCI. Nullo . . . .
ro cuius . . . .
ut in *Ro*[*man*] . . . .
et facult[a] . . . .
qui procla[ma] . . . .

CCCII. Nullus. . . . . [*re*]-
*g*is aut iu[dicis] . . . .
us audea[t]. . . . . [ver]-
borum pl[acit] . . . .

(Desunt versus 6).

[CCCIII (?)] . . . . onis nul-
[l] . . . . aut pro-
. . . . mum quod
. . . . nt inqui-
. . . . mora exi-
[g] . . . . [q]uamdiu
. . . .

[CCCIIII (?)] . . . . s terras
. . . . transfer-
[re] . . . . terras suas
. . . . ut forte
. . . . [R]omanus
. . . . [G]othus qui
. . . . re coga-
[tur] . . . . [ter]ritorio ci-
[vitatis] . . . . [a]ddatur aug-
[mentum] . . . . rito . . . . .

(Desunt versus 6).

[TIT. DE DONATIONIBUS.]

[CCCV].

. . . . conferunt[ur] . . . .
ve sunt, hoc observan[dum *esse iubemus*],
quod gloriosae memori[ae *patris nostri*]
vel decessorum nost[rorum *constituit*]
mansuetudo; quia iniq[uum *esset prin*]-
cipum statuta convel[li].

CCCVI. Si quis episcopus vel presb[yter aliquid]
praeter consensu om[nium *clericorum* de re]-
bus aecclesiae facere cr[*ediderit, hoc fir*]-
mum n*on* e*ss*e precipim[us ; *nisi praebeat*]
omn*is* clericus consen[su*m suum, seu de fun*]-
do seu de hereditatibus. [*Filii autem* cle]-
ricorum, qui terras vel [aliquid ex muni]-
ficentia aeclesiae posside nt, si in laicos]
conversi fuerint vel d[e servitio aecclesiae]
discesserint, vel ami[ttant, *quod possidebant*],
iuste re . . lat . . . .

(Desunt versus 6).

[CCCVII. Maritus si uxori su[ae aliquid donaverit, de
[hoc, quod vo]luerit, scriptura sua ma-
[nu signo siv]e subscriptione confir-
[met, ita ut du]o aut tres testes *ingenui*
[subscriptore]s accedant; et sic volun-
[tas ipsius habeat] firmitatem. *E*t si . .
. . . [*scriptu*]ram *non fuerint praesen-*
[*tes*] . . . . s t[*esti*]*u*m . . . .
. . . [*Volunta*]s autem, si necessitas [*est*],
[*coram* duobus a]ut tribus testibus *ore*
[*promulgari*] p[*ote*]s[*t*]. Similis de uxoris
[voluntate, qu]ae in maritum confer-
re voluerit, donat]ionis forma servetur.

[CCCVIII. Res donata, si] in praesenti traditur,
[nullo modo a dona]tore repetatur, nisi cau-
[sis certis et p]robatis. Qui vero sub hac

[occasione largitur, ut po]st eius morte
[ad illum, cui donaverit, res donata pertineat],
[quia similitudo est testamenti, habebit]
[licentiam inmutandi voluntatem suam],
[quando voluerit, etiam si in nullo]
[laesum fuisse se dixerit. Ille vero],
[qui falsa donatione circumventus]
aliquid in utilitate donatoris e[xpendit],
aut ab ipso donatore recipiat [aut ab eius]
heredibus, ne iniuste damna sus[tineat]
qui honestum lucrum de inani pr[omissi]-
one speraverat».

CCCVIIII. Donatio, que per vim et met[um pro]-
batur extorta, nullam habeat fir[mitatem].

CCCX. Si quis bucellario arma deder[it vel ali]-
quid donaverit, si in patroni sui m[anserit]
obsequio, aput ipsum quae sunt d[onata per]-
maneant. Si vero alium sibi patr[onum ele]-
gerit, habeat licentiam, cui se volue[rit com]-
mendare; quoniam ingenuus hom[o non po]-
test prohiberi, quia in sua potest[ate consis]-
tit; sed reddat omnia patrono, que[m dese]-
ruit Similis et de circa filios patro[ni *vel* buccel]-
larii forma servetur: ut, si ipsi qu[*idem eis*]
obsequi volueri(n)t, donata possidea[nt; si vero]
patroni filios vel nepotes credider[int relin]-
quendos, reddant universa, quae pa[rentibus]
eorum a patrono donata sunt. Et [si aliquid]
bucellarius sub patrono adquesie[rit, medie]-
tas ex omnibus in patroni vel filior[um eius]
[potesta]te consistat; aliam mediaetatem
[buccella]rius, qui adquaesivit, obtineat; et si
[filiam reli]quirit, ipsam in patroni potestate
[manere] iubemus; sic tamen, ut ipse patro-
[nus aeq]ualem ei provideat, qui eam sibi pos-
[sit in ma]trimonium sociare. Quod si ipsa
[sibi con]tra voluntatem patroni alium for-

[te elegerit], quidquid patri eius a patrono fue-
[rit don]atum vel a parentibus patroni, omnia
[patron]o vel heredibus eius (restituatur).

[CCCXI. Ar]ma, quae saionibus pro obsequio da(n)-
[tur; nul]la ratione repetantur; sed illa, quae,
[dum sai]us est, adquisivit, in patroni potes-
[tate co]nsistant.

[CCCXII. Ro]manus, qui Gotho donaverit rem, quae
[est i]udidio repetenda, aut tradederit
[occup]andam, priusquam adversarium iu-
[dicio s]uperarit, si etiam eam Gothus inva-
[serit, tum] possessor rem suam per executio-
[nem iu]dicis, quae occupata fuerint, statim
[recipi]at, nec de eius postmodum repeti-
[tione p]ulsetur, etiam si bona sit causa re-
[peten]tis; sed Romanus Gotho eiusdem meriti
[rem aut pretium repensare cogatur; quia]
[rem, antequam vindicaret, fecit invadi].

(Capita CCCXIII–CCCXVII omnino desunt).

[CCCXVIII]. *(Versus 4 legi nequeunt).*

CCCXVIIII. Maritus si uxori suae aliquid d[ona]-
verit, et ipsa post obitum mariti sui [in nul]-
lo scelere adulterii fuerit conversa[ta, sed]
in pudicitia permanserit, aut si certe [ad alium]
maritum honesta coiunctione per[vene]-
rit, de res sibi a marito donatis pos[siden]-
di et post obitum suum relinquendi c[ui volue]-
rit habeat potestatem. Sin autem pe[r adul]-
terium seu inhonestam coniunctionem s[e mis]-
cuisse convincitur, quidquid de fac[ultate]
[mariti sui fuerat consecuta, totum [incunc]-
tanter amittat, et ad heredes don[atoris]
legitimos revertatur.

TIT. DE SUCCESSIONIBUS.

CCCXX. S[*i*] . . . . nec . .
. . . . in . .

(Sequuntur 3 versus, qui legi nequeunt).

. . de re. . . . . . eas ae*qui*tat*e*
. . . *ere* *man*cipi*a* *eius*. . . . .
. . ibus . . s vel in aliis rebus ae-
[qualem] habeant portionem; qu*od* si a*u*[*tem*]
. . *viro* . *o*re *v* . *tate* con[*iugi*]*um*
[*expet*]ens, sponte transierit, *perd*[*at por*]-
[*tione*]*m,* quam acceperat. Sor(*or*) fr*atrum*
[suo]ru*m* he*re*di . re . qua . que . .
. . perman . . qua[*mdi*]u ad*v*[*ixer*]it
. . s vel *in* cultur*a* cum fratr*ibus habeat*
[porti]one*m;* post obitum viro eius terras
[ad he]redes superius comprehensos [*absque*]
[*mora*] revertantur, *reliquas* facultates *cui*
[vol]uerit donatura. Cir*ca* sanctiomonia-
[lem au]tem, quae in c[*as*]titate permanserit, in *po-*
[*tes*ta]te pare*ntum* p*raecipi*mus per*man*[ere].
[*Quod*] si pa*re*ntes sic transierint, ut null*a*
[fueri]t testamenti *ratio,* puella inter fra-
[tres a]equalem in omnibus habeat po[rtio]-
[nem]; quam usque ad tempus vitae suae usu-
[fruc]tuario iure possideat, post obitum
[vero] suum ter*ra*s suis heredibus derelinquat,
[de rel]iq*ua* facultate faciendi *quod volue*rit
in eis potestatem n . t . .

CCCXXI. Si marito superstite uxor forsitam moriatur, filii, qui sunt de eodem coniugio procreati, in patris potestate consistant, et res eorum, si novercam non superduxerit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere aut evertere aut quocumque pacto alienare praesumat, sed omnia filiis suis integra et intemerata conservet. Fructos tamen omnes pro suo iure percipiat

et una cum filiis communibus consumat expensis. Cum autem filius duxerit uxorem aut filia maritum acceperit, statim a patre de rebus maternis suam recipiat portionem, ita ut usufructuaria patri tertia derelinquatur. Pater autem tam filio quam filiae, cum xx annos aetatis impleverit, mediam ex eadem, quam unumquemque contingit [de rebus maternis, restituat portionem], [etiam si nullis fuerint nuptiis copulati]. [Medietatem vero dum advixerit pater sibi] vindicet, filiis post obitum relinquendam]. [Qui autem novercam superduxerit, omnes] [facultates maternas filiis mox reformet]; ne, dum filii cum rebus ad domum transeunt alienam, novercae suae vexentur iniuriis. Eadem quoque de nepotibus forma servetur.

CCCXXII. Mater, si in viduitate permansit, aequalem inter filios suos, id est qualem unus ex filiis, usufructuariam habeat portionem; qua*m* usque ad tempus vitae suae usufructuario iure possideat, ceterum nec donare nec vendere nec uni ex filiis conferre praesumat. Quod si eam filii hanc portionem matris (evertere) sive per negligentiam sive per odium eorum forte prespexerint ad millenarium vel ad comitem civitatis aut iudicem referre non differant, ut matrem suam contestatione commoneant, ne res, quas ad usumfructum accepit, evertat. Nam usumfructum, quem ipsa fuerat perceptura, dare cui voluerit, filio vel filiae, non vetetur. Verum si] [ex ea usufructuaria portione aliquid proba]-[tur eversum, filiis post mortem matris de] [eius facultatibus sarciatur. Post obitum] [vero matris portio, quam acceperat, ad filios] [equaliter revertatur, quia non possunt] de pater[na hereditate fraudari. Quod si ma]-

ter ad ali[as nuptias forte transierit, ex ea die]
usufructuariam portionem, quam de bonis]
mariti fu[erat consecuta, filii inter reli]-
quas res [paternas, qui ex eo nati sunt con]-
iugio, vind[dicabunt].

CCCXXIII. M[aritus si cum servis uxoris in ex]-
peditio[ne aliquid lucri fuerit consecutus],
nihil *ex*[inde uxor a viro suo praesumat repe]-
tere, nec [ipso vivente nec post eius obitum];
sed vir, q[ui uxorem suam secundum sanctam scrip]-
turam in p[otestate habet, similiter et in ser]-
vis eius p[otestatem habebit, et omnia, quae]
cum servis [uxoris vel suis in expeditio]-
nem adqu[isivit, in sua potestate permane]-
ant; pro [eadem scilicet ratione, quia, si servi, dum]
cum dom[ino suo in expeditione conversabantur],
[aliquid admisissent forte damnosum, ille],
[qui eos secum duxerat, et ei aliquid fecerant]
[augmenti, ipse pro eis et responsum daturus]
[esset et compositionem, si culpabiles fuissent]
[inventi; ut sicut lucrum ita et damnum]
[ad se dominus noverit pertinendum].

[CCCXXIIII] . . . . qui . .
. . . . llam ad
. . . . nt *iste* s
. . . . nter . .
. . . . tate*m*. .
. . . . inter . .
. . . . neque *do*
. . . .

[CCCXXV] . . . . rem sine
. . . . simul la-
[bora] . . . . [man]cipiis a .
. . . . et ipse *mi*-
. . . . post mor-
[tem]. . . . . itum con-

. . . . re marito
. . . . tatum fu-
. . . . is relin-
[qu] . . . .

(Desunt 6 versus cum capite CCCXXVI).

CCCXXVII. In priori lege fuerat constitutum, *ut*, si pat*er* . . . [*pa*]tr*is* filius cum matre . . . . *po*rtione, ea ratione . . . . ue defuncti tam- . . . . *nis* modo m*eli*ori *o*rdi*nan*tes [*praecipimus*], *ut* patre defuncto si *f*[*ilius*] . . . . . omnem facultatem eius . . . *ma* . . di*bcat* vindicare, quae tamen di[*e*]*bus* . . . . . . Si vero *q*u*i* moritur filios, nepotes *e*t p*ro*nepotes reliquerit, ipsi omnes habeant facultates, ea conditione servata, *ut ne*pos ex eo filio, qui patre superstite mortuus fuerit in*teg*ram de *avi bonis*, qu*am* fuerat pater e*ius*, si [*vixisset*], habiturus, percipiat portionem; nam nepotes ex ea filia, *q*[*ue ant*]*e* patre(m) m*ortua est*, de ea portione, q*uam ma*ter fuerat habitura, tertia(m) por[tionem *perdant*] . . . .

(Desunt 6 versus, 18–23).

(Decem versus, 1–10, qui finem capitis CCCXXVII praebebant, exceptis singulis litteris quibusdam, legi nequeunt).

CCCXXVIII. Qu*i* [*moritur, si avum*] paternum et maternum relin*quit*, *ad* [*av*]um p*aternum* hereditas *mortui* uni*versa* per*tineat*. Si a[*utem*] avum paternum et aviam maternam reliquerit, aequales capiant portiones.

CCCXXVIIII. Q*ui* mo*ritur*, si tantummodo am*itam*, hoc *est* pat*ri*s sororem, et materteram, hoc [est matris sororem, relinquit, aequali iure] [succedant in hereditate defuncti].

[CCCXXX] . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

CCCXXXI. Qui m[oritur, si fratres et sorores non]
reliquerit e[t filios fratrum vel sororum re]-
liquerit et f . . . .
versa. . . . .
hac . [he]redi. . . . .
ve. . . mor . . . .
. . . .
. . . . fr . . . .
. . . . it . . . .
. . . .

CCCXXXII. Femina . . . .

(In versibus 12–15, qui restant, singula litterarum vestigia tantum supersunt; versus 16–23 abscisi sunt).

[CCCXXXIII]. . . . .

[CCCXXXIIII. Maritus et uxor tunc] sibi *he*re*dita*-
rio iure succedant, quando] nullus usque
[ad septimum gradum de propi]nquis aut qui-
[buscumque parentibus inve]nitur.

[CCCXXXV. Clerici, monaci *vel* sancti]moniales, qui
[usque ad septimum gradum n]on reliquerint
[heredes *propinquos parente*]*sve*, *si* nihil de
[suis facultatibus ordinaver]int, t[*otam*] *s*[*ibi*]
[ecclesia, cui servierunt, eor]um substantiam
vindicabit].

[CCCXXXVI. In hereditate illius, qui m]oritur inte-
status, si filii desunt], nepotibus debe-
[tur hereditas. Si nec nepotes] fuerint,
[pronepotes vocantur ad her]editatem.

[Si vero qui moritur n]ec filios nec nepo-
[tes *nec pronepotes* reliquerit], pater aut mater
[hereditatem sibi vindicabit. *Si* persona]e desunt,
[quae aut de superiori aut de inferiori ge]-
nere discreto ordine veniunt, tunc illae]
[personae, quae sunt a latere constitutae],
[requirantur, ut hereditatem accipiant].

B) Codicis Euriciani leges ex lege Baiuvariorum restitutae

Cfr. *Monumenta Germaniae Historica,* legum sectio I, tomus I, MDCCCCII, pagg. 28-32.

1. (*L. Bai.* 2, 17. 18.)

Iudex si accepta pecunia male iudicaverit [et cuicumque iniuste quidquam auferri praeceperit], ille, qui iniuste aliquid ab eo per sententiam iudicantis abstulerit, ablata restituat. Nam iudex, qui perperam iudicaverit, in duplum ei, cui damnum intulerat, cogatur exsolvere, quia ferre sententiam contra legum nostrarum statuta praesumpsit. Si vero nec per gratiam nec per cupiditatem, sed per errorem iniuste iudicaverit, iudicium ipsius, in quo errasse cognoscitur, non habeat firmitatem; iudex [vero] vacet a culpa.

2. (*L. Bai.* 7, 1—3.)

DE NUPTIIS INCESTIS.

Nuptias prohibemus incestas; itaque uxorem habere non liceat socrum, nurum, privignam, novercam, filiam fratris uxorem, uxoris sororem. Filii fratris uxorem, uxoris sororem. Filii fratrum, filii sororum inter se nulla praesumptione iungantur. Si quis contra hoc fecerit, a loci iudicibus separentur et omnes facultates amittant, quas fiscus adquirat. Si minores personae sunt, quae se inlicita coniunctione polluerunt, careant libertatem, servis fiscalibus adgregentur.

3. (*L. Bai.* 8, 18. 19.)

Si quae mulier alii potionem dederit, ut avorsum face-

ret, si ancilla est cc flagella suscipiat, et si ingenua, careat libertatem, servitio deputanda cui [iusserimus]. Si quis mulier[em] ictu quoliber abor[are] fecerit, si mulier mortua fuerit, tamquam homicida teneatur. Si autem partus extinguitur . . .

4. (*L. Bai.* 9, 5.)

[Fur, qui per diem gladio se defensare voluerit, si fuerit occisus, mors eius nullatenus requiratur.] Fur nocturn[us] captus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidii querela nascatur.

5. (*L. Bai.* 9, 6.)

Si quis alienum servum ad furtum suaserit aut aliquid damnosum in fraudem domini sui, ut posset accusare eum, et fraus ipsa fuerit detecta per investigationem iudicis, dominus nec servum perdat nec aliquid damni pro compositione patitur, sed ille, cuius conlu[dio vel sua]sione crimen admissum est, tamquam fur damnetur, in novicuplum conpositionem cogatur exsolvere. Servus vero quod tulit reddat et insuper cc ictus flagellorum extensus publice accipiat.

6. (*L. Bai.* 9, 7.)

Si quis de fure nesciens conparavit, requiret accepto spatio venditorem. Quem si non potuerit invenire, [ad]probet se sacramento et testibus innocentem et quod apud eum [a]gnoscitur ex medietate restituat et furem quaerere non desistat. Quod si furem celare voluerit et periuras[se] postea detectus fuerit inventus, tamquam ille fur ita in crimine damnetur.

7. (*L. Bai.* 9, 9.)

Si quis occulte in nocte alienum cavallum aut bovem aut aliquod animal occiderit, [novecupli compositionem dare cogatur].

8. (*L. Bai.* 9, 11.)

Si quis tintinnabulum furaverit de cavallo vel de bove, un[um] solid[um] conponat; si de vacca, du[os] tremiss[es]; si de minutis pecoribus, tremiss[es singulos].

9. (*L. Bai.* 9, 17.)

Iudex causam bene cognoscat et prius veraciter inquirat, ut eum veritas latere non possit nec facile ad sacramenta praestentur, in quibus nullam probationem discussio iudicantis invenerit.

10. (*L. Bai.* 9, 18).

Si quis contra caput alterius falsa suggesserit vel pro quacumque invidia de iniusta re accusationem commoverit, ipse penam vel damnum, quod alteri intulit, excipiat.

11. *L. Bai.* 9, 19.)

Si quis servum accusaverit iniuste alienum, et innocens tormenta pertulerit, pro eo quod innocentem in tormenta tradidit, domino simile mancipium reddere non moretur. Si vero innocens in tormentis mortuus fuerit, duos servos eiusdem meriti sine dilatione restituat. Si non habuerit servum aut unde conponat, ipse subiaceat servituti, qui innocentem fecit occidi.

12. (*L. Bai.* 12, 1—3) *v. Eur. c.* 274.

13. (*L. Bai.* 12 4) *v. Eur. c.* 275.

14. (*L. Bai.* 15, 10.

(Quamquam etiam universum hoc caput ob auctoribus Legis Baiuvariorum ex fonte Visigothico haustum videtur, tamen, quia reliqua valde ab eis immutata videntur, ultimam tantum sententiam hic repetendam duximus).

Quod si maritus et mulier sine heredibus mortui fuerint, et nullus usque ad septimum gradum de propinquis et quibuscumque parentibus invenitur, tunc res illorum fiscus adquirat.

15. (*L. Bai.* 16, 16.)

Pacta vel placita quae per scripturam quamcumque facta sunt, dummodo in his dies et annus sit evidenter expressus, immutare nulla ratione permittimus.